



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**M. Adami, Scriptoris Vetvsti, Historia Ecclesiastica,
Religionis Propagatae Gesta, Ex Hammabvrgensi
Potissimum Atque Bremensi Ecclesiis, Per Vicina
Septentrionis Regna**

Adamus <Bremensis>

Helmetadi[i], 1670

XVIII. Diploma Henrici IV. Imp. De Cvrti Tvsbvrrch.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11096

DIPLOMA HENRICI IV. IMP. DE CVRTI
TVSBVRCH.

Tusburch
Adamo est
Durburg,
lib. 4. c. 14.
& lib. 3.
cap. 30.
Dispar-
gum.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis HEINRI-
CVS divina favente clementia Rex. Cum regia di-
gnitatis sit jus cuiquam servare suum, præcipue ta-
men ecclesiastica jura nobis observare videntur, quia si pec-
candum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non pec-
candum reverentius tamen Deo, quam hominibus obsequen-
dum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari
optantes, augere bona ecclesiastica, aucta retinere, nostrorum
in quantum possumus patrocinio tueri debemus, quatinus no-
stra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si pro-
moverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, &
data inter homines confirmandi gratiam non amitat. Unde
omnibus Christi nostrorumque fidelibus, tam futuris quam præsentibus,
notum esse volumus, qualiter bene erga nos promeren-
tem. ADALBERTVM, Hammaburgensem Archiepiscopum,
digne remunerantes, ad archiepiscopalem ecclesiam sci-
licet Hammaburch, in honore domini & Salvatoris nostri,
ejusque intemeratæ genetricis MARIE & beati IACOBI
Apostoli, sancti quoque VIII martyris, constructam, cur-
tem nostram TVSBVRCH dictam, in pago Ruriggouve,
in comitatu HERIMANNI Comitis Palatini suam, cum
omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, arvis,
ædificiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis,
forestis, forestariis, venationibus, terris cultis & incultis,
aquis,

aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus,
 exitibus & redditibus, vijs & in vijs, quasitis & inquirendis,
 monetis quoque, thelonijs, omnique districtu, in proprium
 dedimus atque tradidimus. Addimus insuper cum banno nostro
 predictæ ecclesiæ forestum unum in triangulo trium fluminum
 scilicet Rein, Tussale & Ruræ positum, ita quoque determinatum,
 per Ruram se sursum extendens usque ad pontem Virdinensem
 & exinde per stratam Coloniensem, usque ad rivum Tussale,
 & per descensum ejusdem rivus ad Renum, & per alveum Reni,
 usque quo Rura influit Renum. Ea videlicet ratione, ut
 predictus ADALBERTVS, ejusdem sedis Archiepiscopus, sui-
 que successores, eandem quam de ceteris ecclesiæ suæ bonis
 legaliter acquisitis, liberam & de his potestatem habeant,
 tenendi commutandi, præcariandi vel quicquid de ecclesiæ
 suæ utilitatem voluerint faciendi. Et ut hæc nostra regalis
 traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat tempore,
 hanc cartam inde conscribi manuque propria corroborantes,
 sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

SIGNVM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS.

SIGEHARDVS CANCELLARIVS VICE SIGEFRI-
 DII ARCHICANCELLARII RECOGNOVI.

Data XVII. Kl. Novembr. Anno Domini Incarnationis
 MLXV. Indict. III. Anno autem ordinationis Domni
 HEINRICI quarti Regis XI. Regni vero IX. Actum Gos-
 lariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

DIPLO-